

b14540873

MVTII SFORTIAE
TYBERIS. VEL
PII V. PONTIFICIS
MAX. LAVDES.

Psalterij Dauidici Laudes.

CARMINVM SACRORVM
LIBR I. II.

MVM, MVM,
AD ILLVSTRISS. ET REVERENDIS.
MICHAELEM BONELLVM. S. R. E.

Cardinalem Amplissimum.



VENETIIS,
Apud Nicolaum Moretum. MD LXXXVI.

ILLVSTRISSIMO,
ET REVERENDIS.^{MO,}
F. MICHAELI
BONELLO

Alexandrino. S. R. E.

CARDINALI AMPLISSIMO.

MVTIVS SFORTIA. S. P. D.



VM clarissima , & omnium
vna voce anteà PII V. tui
auunculi præclaras virtutes,
integerrimam vitam, innocen-
tissimos mores , christianam
pietatem , incredibilemq; in
Repu. gerenda diligentiam ,
vigilantiamq; celebrari , & ma-
gna cum admiratione prædicari audirem; gestiebat ani-
mus aliquid illo dignum canere . Sed hærebat , & tan-
dem alijs à curis impeditus , ab hac cogitatione destitit.
Verùm ubi rumor increbuit, àc certa pertulit fama, no-
stros ad Naupactum ductores Turcarum classes iandum
victrices feliciter profligasse, àc omnes ferè cepisse;
Deus immortalis, quantus fuit in omniū ore PIVS?

* 2 qui-



M V T I I S F O R T I A E T Y B E R I S.

AD PIVM V. PONT. MAX.



E, PIE MAGNE, Cano, clari-
dum rector Olympi
Fortibus aspirans ausis, tua cæpta se-
cundat.

Ne modò formidet tantos excurrere
campos,

Docta per exiguos Parnassi incedere lucos
Nostra hæc Musa, tuis factis ingentibus impar.

Carmine nec tenui magnos audacter honores

Detriuisse tuos, ventura redarguat ætas.

Pangere nam tales & Smyrna, & Mantua laudes

Debuerant, altumque illas æquare canendo.

V T nouus Antistes, nūtu qui temperet orbem,

Lectus ab insigni est procerum, sanctoque Senatu:

Lætitia exultans merita, neque gaudia cælans

Ingeminat plausum, vocesque ad sydera tollit

Roma, crepantque airo succensæ in sulfure flammæ;

Consonat urbs, ripæque amnis clamore resultant,

Et septem geminis responsat collibus Echo.

A Obstupuit



M V T I I S F O R T I A
S Y L V A
AD G V L I E L M V M S I R L E T U M
S. R. E.

Cardinalem Doctissimum.



V modo, seu nitidi sacram Jordanis
ad undam,
Siue per Aonios montes, Parnassiaque
antra,
Murmure qua placido delabitur Hippo-
crene :

Seu per Thyrreni potius vada Tybridis erras,
Huc ades, et febum curarum turbine pectus
Calliopea fouens, mihi spe, cantuq; serena:
Vt pariterque tuo, et superae virtutis alumno
Carmina SIRLETO valeam contexere digna-

Dotibus ut magnis, paucisque à numine Diuum
Concessis, ardens tua viuida pectora virtus
Imbuit, ac uulgo te iam secreuit, humoquie
Extulit, et sacram conuertit ad aethera mentem

Pupu-